

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Catalogvs Lectionum Et Exercitationum Quæ A Festo
Paschatos Usque Ad Festvm Michaelis Anni MDCCIII. In
Academia Jvlia Publice Habebuntur**

Hamm, Georg Wolfgang

Helmestadi[i], Anno MDCCIII.

VD18 90817397

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



FACULTAS THEOLOGICA.

JOH. FABRICIUS D. Epitomen tradet controversiarum, quæ nos inter & Romano-Catholicos agitari solent, eamque in tabulas rediget, ita ut in singulis controversiis veram cum nostrorum tum alterius partis sententiam, quæ non aliunde quam ex fontibus librorum symbolicorum hauriri potest, uno veluti intuitu conspicere liceat, evoluturus pariter præcipuas objectiones, & indicium fakturus momenti illarum controversiarum. Privatim vero redibit ad studium biblicum, & bibliothecarium.

JO. ANDR. SCHMIDT D. historiam Interimisticam ex genuinis monumentis publice proponet. Privatim vero collegii practicis hucusque continuatis, homiletico nim. & casuali, addet B. C. D. eadem ratione exegeticum in parva studiosorum biblia, psalterium & proverbia, explicabitque potentibus theologiam dogmaticam atque historiam ecclesiasticam.

CHRISTOPHORUS TOBIAS WIDEBURGIUS D. explicationem publicam sacrorum dogmatum strenue continuabit, & absolvet. In domestico auditorio religionis nostræ capita perspicuis discursibus illustrabit, & cum aliis instituto examine repetet: nec deerit in homileticis manu-
ductionem desiderantibus. Docet hora III.

FRIDERICUS Meise D. Qvæ haec tenus tradidit, in illis perget. Publice ecclesiasticam rhetoricae B. Gözii iterum auspicabitur, & præcepta, postquam satis explicata fuerint, ad usum transferet, ut singulis septimanis saltim):(2 duæ

duæ conciones in parochiali templo habeantur. Sedulo etiam disputationes Theologicas in Pauli epistolam ad Romanos publice continuabit. Privatim, in quantum per alias occupationes licebit, hæc collegia, nempe Exegeticum, Exegematicum & Pastorale successu temporis instituet.

JOH. BARTHOLDUS NIEMEIERUS, D. Selectiora Scripturæ Sacræ, Veteris præsertim Testamenti, loca, quibus cùm Veteres hæretici, tūm alii heterodoxi ad errores suos palliandos atque orthodoxam Ecclesiæ doctrinam impugnandam abusi sunt, dextrè interpretabitur, ac quomodo ea in genuinum sensum ab Ecclesia vindicata fuerint, & porrò vindicari debeant, luculenter ostendet. Domi suæ absolutâ sacrorum morum Theologiâ Dogmatum quoque fidei Christianæ Theologiam interpretabitur, & singula ejus capita singulis hebdomadibus publicæ disquisitioni subjicit. Eandem peculiaribus quoque diatribis per examina ac disputationes privatas repetet; nec minus quæ superiori hyeme circa homilias sacras ad populum Christianum habendas tradidit, hâc æstate ad praxin propriùs accommodabit. Docet horâ IX.

FACULTAS JVRIDICA.

GEORGIUS Engelbrecht D. Prof. Cod. Publ. & Ordin. Acad. Juliæ ac Jurid. Facult. Senior Materiam præscriptionum breviter absolvet: addet deinde materiam sententiarum ac appellationum ex lib. 7. Cod. Privatos Digestorum labores tum explicando tum examinando ita urget, ut hoc semestri maximam eorum partem ad finem fit perducturus. Brevi ultimam Institutionum disputationem in lucem edendo, etiam huic labori finem imponet.

JOHAN Eisenhart D. Pandectarum Prof. Publ. & Ordin.

Ordinarius publicam Digestorum expositionem usque ad librum octavum perduxit: in quo & sequentibus explicandis brevi ac perspicua methodo perget. Privatis lectionibus in quibus jam occupatus est finem brevi imponet: aliaque deinde in usum cupidæ legum juventutis exercitia Academica instituet.

JOHANNES WERLHOFIUS D. Jur. Can. & Feud. Prof. Publ. & Ord. de Jure Canonico generalia præfatus, *Job. Schilteri Institutiones Juris Canonici* publice exponet; privatim, qua honestis studiosæ juventutis desideriis invitabitur, pariter promtum se præbebit ducem.

ANDREAS HOMBORGIUS D. Institut. & jur. Crim. Prof. Publ. & Ordin. absolutis Institutionibus Jus criminale publice interpretabitur: privatim Digesta & Institutiones explicabit dabitque operam, ut voto cupidæ legum juventutis respondeat.

FACULTAS MEDICA.

FRIDERICUS SCHRADER D. Gerit nunc Academiæ Vice Rectoratum, quem ubi deposuerit ad operas publicas revertetur. Privatim interea casuum medicorum expositionem practicam continuabit.

ANDREAS JULIUS Hötticher D. Quam haud ita pridem publicè inchoavit Hippocraticorum Aphorismorum expicationem in eadem sedulò perget. Privatis vero inscholis captui & desideriis DN. Auditorum sese accommodabit.

JOHANN. GEORG. STEIGERTAHL D. prælectiones dethermis & acidulis, quas publico jam tum programmata significavit, futuro semestri, quamprimum praxis medica & ægrorum cura permiserit, Deo volente auspicabitur.

tur. Explicabit in eisdem Aquarum mineralium analysin & vi-
res, usumque pariter ac abusum illarum publice pertractabit.

ALEXANDER CHRISTIAN GAKENHOLTZ D.
In tradenda Physiologia Vet. ac Nova (ad quam Program-
mate publico Auditores mox præparabit) omni studio
occupabitur ; & in herbarum cognitionem , per vera bo-
tanices principia & ocularem inspectionem Philiatros dedu-
cet. Aliis quoque Dn. Studiosorum desideriis non deerit.

FACVLTAS PHILO- SOPHICA.

JOH. BARTHOLDUS NIEMEIERUS
Præteritâ hyeme de Veterum Philosophia Auditores suos
instruxit, ut ubi divinæ sapientiæ vestigia , etiam inter gen-
tiles, lateant , animadverterent: proximâ æstate eosdem in
ipsam naturalem sive Philosophicam Theologiam ita intro-
mittet , ut quò usque mens humana luminis naturæ ductu
in cognitione Dei penetrare possit, intelligent. In Audi-
torio doméstico Metaphysicam succinctâ ratione ita tradet ,
ut simul hujus disciplinæ latè patens usus commonstretur,
nec minus vel Analyticam artem, vel Dialecticam facultatem
facili methodô tradet. Insuper Philosophici argumenti Di-
sputationes publicas habebit, quoties Responsuri se se obtu-
lerint. Docet horâ IX.

FRIDERICUS SCHRADER quamprimum
munus ViceRectoratus Successori tradiderit , Meteororum
explicationem publice auspicabitur. Privatim hae æstate
Naturalis scientiæ fundamenta tradet , & experimentorum
demonstrationibus subinde illustrabit. Docet hora V.

HERMANNUS von der Hardt in recensio-
ne Hosea , & interpretum Judaicorum , Jonathanis, Raschi ,
Aben-

AbenEsræ, Kimchi, perget , ac Rabbinici studii indolem por-
ro illustrabit , edito jam hoc fine in Studiosorum usum *Hoseæ*
Illustrati opere. Privatim aliis Philologicis rebus explican-
dis operam dabit. Docet publice h. VIII.

IVSTVS CHRISTOPHORVS BÖHMER , finitis
propediem de Notitia Imperii Germanici & Rheticis præ-
lectionibus publicis , Lipsii Politica & C. Sagittarii de arte
excerpendi libellum annotationibus illustrabit. Privatim
Grotium de B. ac P. iure interpretatur , & solita styli exer-
citia continuabit, in politicis meliorumque litterarum & di-
cendi studiis florentissimæ iuventuti nunquam defuturus.
Docet publ. hora X. & IV.

CHRISTOPHORVS HENRICVS RITMELER,
Postquam præterlapsis mensibus hybernis varia loca ex
Epistolis Paulinis & Actis Ap. exposuit, æstate proxima ad
Evangelistas progredietur , observationes philologicas ,
in exegesi sacra utiles ac necessarias , subinde tradituru s.
Quibus diatribis Veterum Sapientum Græcorum doctri-
nas quasdam maxime memorabiles vel interponet vel sub-
junget. Et præter alia , quæ recepit , Bibliothecam Patrum
Apostolicorum à Celeb. D. Ittigio Lipsiæ editam pertracta-
bit, ab epistolis S. Ignatii initium facturus. Docet publice
hora tertia.

HERMANNUS DIETERICUS MEIBOMIUS in
exponenda Galici Regni florentissimi notitia, quam proxi-
me cœpit, publicis per futuram æstatem prælectionibus
erit occupatus; nec privatim desideriis nobilissimorum ju-
venum studia sua accommodare intermittet. Docet ho-
ra IIda.

JOHANNES VVILHELMVS Engelbrecht Ethicæ
suae dogmaticæ fundamenta propediem absoluturus, libros
de moribus ad Nicomachum auspicabitur, Privatim CL. Vi-
triarii

triarii Institutiones Juris Naturæ & Gentium tradet, neque illorum desideriis deerit, qui brevi finienda Ethicæ suæ repetitionem instituere forte efflagitabunt. Docet publice hora I.

RVDOLPHVS CHRISTIANVS VVAGNER,
in explananda *Eclipsium* ratione, quam præcipue, ob uberiorum illarum hoc in anno proventum, publice interpretatur, est occupatus. Hoc proinde labore finito, *Elementa Geometriæ P. Ignat. Gaston Pardies S.I.* ex Gallico idiomate in latinum translata utpote summe necessaria ejus capita ex Euclide, Archimede, Apollonio, aliisque, tum veteribus, tum recentioribus Geometris, succincta methodo exhibentia Studiosæ juventuti D.V. exponet. Privatim vero Arithmeticis, Trigonometricis et Astronomicis prælectionibus ad finem perductis, in tradenda disciplinarum mathematicarum serie, Geometriæ, propediem exordiundæ, Opticam, nec non Architecturam Militarem & Civilem ordine subjunget; aliis quoque, operam suam desiderantibus, promptissime inserviturus. Docet publice hora VII.

